Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Additiones ad Caput VIII.

1) Cassiodorus Chron. c. 420 et 49.

2) Jornandes de rer. Get. ~~c. 50~~. Cassiodorus Chron.

3) Beda Hist. Eccl. l. 1, c. 13: Attila adeo intolerabili reipublica remansit hostis, ut totam pene Europam crebris invasisque civitatibus atque castellis corroderet. Belius in Attilam Calani c. 14: Cæterum proficiscente per fauces alpium exercitu Attilæ, copiarum pars altera in Noricum et Rætiam, altera in Illyricum, non minus prædæ et populationis causa, quam ut vires Romanorum dividerentur, irrupit, in Carnis demum profito Romanorum præsidio, reliquo corpori adserta. Sabionem per Hunnorum incursiones sub Attila rege funditus excisam, Brixinensem infesto SS. Ingenuini et Albuini, affirmat. Folgsam, inserit Rohlmannus in Val. Ms. Valentino, wird es denen, wo römische Besatzungen wasen, noch übler ergangen seyn. Tales autem urbes præsidiis instructas fuisse ~~Veldi~~ Phabiana castra ~~dicum~~ et Teriolos, ex Notitia Imperii (ad C. VII Add. 25) constat. Vide supra ad C. VII Add. 25 et 108. Tridentum ab Hunnorum incursu immune non fuit; siquidem teste Jornande c. ~~50~~ 42, per reliquas Venetum civitates Hunni bacchabantur. Attilam subverisse propugnacula ab Imperatoribus olim Danubio imposita, Procopius de ædif. fidem facit apud Velserum rer. Aug. l. 8.

4) Vid. Reschius Annal. Sabion. sec. VI § 15, 20.

5) Notitia Imperii: ~~Tribunus~~ Sub dispositione Viri spectabilis Ducis Provinciæ Rætiæ primæ et secundæ. — — Tribunus cohortis novæ Batavorum, Batavis. Cellarius Geogr. ant. t. I, l. 2, c. 7: Extremum ad Œni confluentem est Castellum Tabulæ (Theodosianæ seu Peutingerianæ) sive Batava Notitiæ; quæ vox Castra designat, et una rationem nominis ita declarat. — Passau nomen a Batavis est, primum Battau colonorum seu præsidii ore dictum, postassumta regionis dialecto Passau sive Pessau.

6) ~~Bollandus Act. Sanct. Jan.~~ Radenus Bav. sacra rel. t. I. Hansizius Germ. s. t. 1, c. 13: Retrop laus. Si conjectura locus est, quid vetat ~~dicere, Valentinum a Batavia venisse, quo~~ eum e Batavia venisse dicere ad populares suos Batavorum cohors nova apud Œni/Danubiique confluentem /ac